

*Chymia o-  
perans &  
vtens.*

torū, Syllogismi & Definitionis, ἐργαζομένην  
perueniat, occupatam: aliam Vtentem,  
& organa fabrefacta rebus cognoscen-  
dis iam applicantem: quarum illa qui-  
dem, instrumenti notione manifestior,  
Instrumentum Philosophiæ cognomi-  
natur: hæc demum, amisso proprio Lo-  
gicæ, seu relatiuo Instrumenti nomi-  
ne, illius disciplinæ, cuius visceribus  
penitus adhæret, assequitur, & vel Phy-  
sicæ, vel Medicinæ, vel alterius cuius-  
piã nomine ascititio designatur. Quòd  
si ergo pari iure Chymiam Operantem  
& Vtentem constituamus: illa quidem,  
remediorum formis elaborandis tota  
seruiens, Instrumentum, vel ars instru-  
mentaria, & Medicinæ pedissequa non  
incommodè vocabitur, & quàm aliàs  
communiori voce *Φαρμακὸν τεχνικὸν* cele-  
brant Medici, eiusdem, quod suprà o-  
stensum est, naturæ & conditionis fu-  
tura est: hæc verò ad corporis huma-  
ni incolumitatem propiùs adhibita,  
deposito genuino nomine, dignum  
aliud Medicinæ, cui ancillatur, conse-  
quitur.

*Finis inter-*

Est ergo duplex hîc Chymix finis  
seorsim